



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Necessitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Peius est vt res omnino pereat, quam ut eius dominium sit incertum. ibidem.

NECESSITAS. Existenti in extrema necessitate, aliquando tenetur homo succurrere; etiam cum periculo proprio. cap. II. num. 13. vide, tit. Eleemosyna.

Extremè indigenti quoad spiritualia quid facere debeamus vide.

Extremè indigens non enetur restituere; etiam si creditor extremè indigeat, nisi dominium rei restituendæ semper remansit penes creditorem. cap. 17. nu. 60.

Qui extremè indigens accepit aliquid, ut se liberaret ab illa necessitate, tenetur restituere, quando venerit in pinguiorem fortunam. Nam accipiens rem in extrema necessitate, non fit Dominus. num. 61.

Necessitas facit omnia communia, id est, communicanda. Et sufficit mutuare indigenti. nu. 62.

Qui absque extrema necessitate accipit aliquid ad comedendum, vel vescendum, peccat mort. & tenetur restituere. cap. 17. num. 118.

Peccat mortal. qui sine necessitate extrema occulte accipit res superuacaneas alterius, ut sibi vel alteri subueniat, numero 119.

Qui aliter non potest subuenire extre-

p p 2 mē

aliena
reflexio
Fallit
contra
re pro
cepit
ufragi
idetur,
ur illa
addi-
ffragio
eredito
n, quid
dericato
o quod
n tem-
tionem
ominis
omino
& non
as huius
, pte-
am mu-
iuinam
cessant
Peius

§96 N A V F R A G I V M,
mē indigenti, potest accipere ab alia terrena
persona, tenetur tamen restituere regulan-
ter loquendo. num. 118.

Extremē indigentibus excommunicatis
imō & infidelibus, oportet vendere necel-
faria ad sustentationem. cap. 21. num. 21
Et tenetur homo eisdem indigentibus ex-
tremē, subuenire, imō & non indigentibus
extremē sed tantū valde. cap. 27. num. 11
Quæ sit extrema necessitas, vide tit. Ele-
mosyna. lit. I.

N E C R O M A N T I A M addiscens, id
ea vtens, peccat mort. & nolens combures
libros huius facultatis, nō est absoluendus
cap. 12. nu. 28.

N E G O T I V M restituere tenetur ne-
gotiorum gestor, qui damnificauit alterum
in vtilitate sui principalis, vide Reflu-
tio. I I.

Negotiorum gestor, qui rebus, vel loco,
vel tempore, vel persona, vel pacto exclusis
negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit,
qui contra pactum fecit. cap. 17. num. 259.

Vtrum qui promisit negotium se gratis
acturum, possit clām recipere pretium pro
stipendio, colligitur pars negatiua ex cap.
23. nu. 97.

N E O P H Y T V S, id est, recenter conuer-
sus, non debet ordinari. Neophytus non est
idem